

COMMUNION**Ecclesiasticus 50: 1, 9**

Sacérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, et in diébus suis corroborávit templum, quasi ignis effúlgens et thus ardens in igne.

POSTCOMMUNION

Deus, qui beátum Alfónsum Mariám Confessórem tuum atque Pontíficem fidelem divíni mystérii dispensatórem et præcónem effecísti: ejus méritis precibúsq; concéde; ut fidéles tui et frequénter percípiant, et percipiéndó sine fine colláudent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Stephen I, Pope & Martyr)

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

A great priest, who in his life propped up the house, and in his days fortified the temple as a bright fire, and frankincense burning in the fire.

God, Who didst cause blessed Alphonsus Mary, Thy Confessor and Bishop, faithfully to dispense and preach this divine mystery: grant, by his merits and prayers, that Thy faithful may both frequently receive it, and, receiving it, praise it forever. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Since Thy Church has been nourished by the sacred repast, govern her in Thy clemency, we beseech Thee, O Lord, so that under the guidance of Thy mighty rule she may enjoy greater freedom and abiding integrity of religion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: AUGUST 2, ST. ALPHONSUS LIGUORI,
DOCTOR OF THE CHURCH**

MASS *Spíritus Dómini* (white)

INTROIT Luke 4: 18

Spíritus Dómini super me: propter quod unxit me: evangelizáre paupéribus misit me, sanáre contrítos corde. (Ps. 77: 1) Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Spíritus Dómini super me: propter quod unxit me: evangelizáre paupéribus misit me, sanáre contrítos corde.

COLLECT

Deus, qui per beátum Alfónsum Mariám Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsus, Ecclésiám tuam nova prole fæcundásti: quæsumus; ut, ejus salutáribus mónitis edócti et exémpis roboráti, ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Stephen I, Pope & Martyr)

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Stéphanum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Spirit of the Lord is upon me, wherefore He hath anointed me: to preach the gospel to the poor, He hath sent me to heal the contrite of heart. (Ps. 77: 1) Attend, O My people, to My law: incline your ear to the words of My mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Spirit of the Lord is upon me, wherefore He hath anointed me: to preach the gospel to the poor, He hath sent me to heal the contrite of heart.

God, Who through blessed Alphonsus Mary, Thy Confessor and Bishop, fired with zeal for souls, didst cause Thy Church to bring forth a new progeny, we beseech Thee that, being taught by his wholesome precepts, and strengthened by his example, we may be enabled happily to come unto Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Eternal Shepherd, do Thou look favorably upon Thy flock, which we beseech Thee to guard and keep for evermore through the Blessed Stephen, Thy Martyr and Supreme Pontiff, whom Thou didst choose to be the chief shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 2 Timothy 2: 1-7

Carissime: Confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidalibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: ut ei placeat, cui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

GRADUAL Psalms 118: 52-53

Memor fui iudiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum: defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. (Ps. 39: 11) Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.

LESSER ALLELUIA Ecclesiasticus 49: 3-4

Allelûja, allelûja. Ipse est directus divinitus in penitentiam gentis, et tulit abominaciones impietatis: et gubernavit ad Dominum cor ipsius: et in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Allelûja.

GOSPEL Luke 10: 1-9

In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sæculum neque

Dearly beloved, be strong in the grace which is in Christ Jesus, and the things which thou hast heard of me before many witnesses, the same commend to faithful men, who shall be fit to teach others also. Labor as a good soldier of Christ Jesus. No man being a soldier to God, entangleth himself with worldly business: that he may please Him to Whom he hath engaged himself. For he also that striveth for the mastery, is not crowned, except he strive lawfully. The husbandman that laboreth, must first partake of the fruits. Understand what I say: for the Lord will give thee understanding in all things.

I remembered, O Lord, Thy judgments of old, and I was comforted; a fainting hath taken hold of me because of the wicked that forsake Thy law. (Ps. 39: 11) I have not hid Thy justice within my heart. I have declared Thy truth and Thy salvation.

Alleluia, alleluia. He was directed by God unto the repentance of the nation, and he took away the abominations of wickedness: and he directed his heart toward the Lord; and in the days of sinners he strengthened godliness. Alleluia.

At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them: The harvest indeed is great, but the laborers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send laborers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves.

peram neque calceamenta; et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertatur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

OFFERTORY Proverbs 3: 9, 27

Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da ei. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, et ipse benefac.

SECRET

Cælesti, Domine Jesu Christe, sacrificii igne corda nostra in odorem suavitatis exure: qui beato Alfonso Mariæ tribuisti et hæc mysteria celebrare, et per eadem hostiam tibi sanctam seipsum exhibere: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(Commemoration of St. Stephen I, Pope & Martyr)

Oblatis muneribus, quæsumus, Domine, Ecclesiam tuam benignus illumina: ut, et gregis tui proficiat ubique successus, et grati fiant nomini tuo, te gubernante, pastores. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the laborer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

Honor the Lord with thy substance, and give Him of the first of all thy fruits. Do not withhold him from doing good who is able: if thou art able, do good thyself also.

O Lord Jesus Christ, burn our hearts thoroughly with the heavenly fire of this sacrifice for an odor of sweetness, Thou Who didst grant to blessed Alphonsus Mary both to celebrate these mysteries and, through them, to offer himself to Thee a holy victim. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In Thy loving kindness, we beseech Thee, Lord, be moved by the offering of our gifts and enlighten Thy Church: that Thy flock may prosper everywhere and the shepherds, under Thy guidance, may be rendered acceptable to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.